

2977 1777 17

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
QVAERELA INOFFICIOSI
TESTAMENTI COMPETAT IVDAEO
A FRATRE CHRISTIANO VEL PRAETE
RITO, VEL EXHEREDATO TVRPI
PERSONA PRAELATA
QVAM
ILLVSTRIS IC^TORVM ORDINIS GRATIA
PRAE^SIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBL. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRG.
SOCIO
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE XXVI. FEBR. ANNO C^IC^ID^IG^CL^XV^{II}.
DEFENDET
CHRISTIANVS ANDREAS PANZER
ELTERLEIN MONT.

LIPSIAE
EX OFFICINA WALTHERIA.

648310
CHRISTIANA MATERIA
AN
QVADRILIA INOFFICIOSI
TERTIENI CONVENTUS LUDVICO
A TATIUS CHRISTIANUS VITAE
LITERIS OTAVIO THERONI
TERCIONI TITELA
GARIN
LITERIS MECOMY QD MINIS GRATIA
PRESIDE
D CHRISTIANO MATERIA PRACTICIS
TITULIS ETC. QM QM TITULIS ETC. QM
TA CONVENTUS TITELA THERONI
SOCIIS
IN LIBRARIIS JURIDICO
LIBRARIA LIBRARIA AGNO QD MINIS GRATIA
DEUTERIUS
CHRISTIANA MATERIA RENZER
TITULIS ETC. QM
LIBRARIA
EX QD MINIS GRATIA MATERIA



AN
QVAERELA INOFFICIOSI
TESTAMENTI COMPETAT IUDAEO A FRA-
TRE CHRISTIANO VEL PRAETERITO, VEL
EXHEREDATO TVRPI PERSONA
PRAELATA.

§. I.

Saepe mirabar HEINECIVM, qui et in *Instit. L. II.*
Tit. XVIII. §. 581. * et in *Antiquitatibus L. II. Tit.*
XVII. §. IX. quasi quidquam lippis tonsoribusue no-
tum adfirmat, quaerelam inofficiosi testamenti etiam
amicis datam fuisse autore aduocato VALERIO MA-
XIMO memorab. *L. VII. c. 7.* Sane si omnes, quas re-
tulit species *Valerius*, peruidas, nulla est, qua ab ami-
co amici testamentum impugnatur. Prima enim spe-
cies agit de filio impugnante patris testamentum in quo,
quod mortuum putauerat, extraneos heredes institue-
rat. Altera impugnatur testamentum patris naturalis a
filio alii in adoptionem dato. Tertia exhibet infantem

a patre exheredatum. Quarta habet filios praeteritos a matre. Quinta sifit patrem a filio in adoptionem dato exheredatum. Sexta expresse habet mentionem bonorum possessionis secundum tabulas. Septima demum de negata bonorum possessione secundum tabulas testamenti. Praeterea vix exemplum est, quod de quaerela inofficiosi ipsa agit. Nam vel nullitatis quaerela rescissum videmus testamentum, vel extraordinariam bonorum possessionem relatam habemus. Imo non videor aberrare, si adfirmem veteres autores non Iureconsultos confudisse interdum quaerelam inofficiosi testamenti cum bonorum possessione maxime contra tabulas. Et amplius huic Heineccianae opinioni videtur aduersari sententia VLPIANI in L. 6. §. I. π. de inoff. testam. Scribit enim: *Si quis ex his personis, quae ad successionem ab intestato non admittuntur, de inofficio egerit, (nemo enim eum repellit) et CASV obtinuerit: non ei pro fit victoria, sed bis, qui habent ab intestato successionem: nam intestatum patrem familias facit.*

§. II.

An vero fratribus data fuerit inofficiosi quaerela iure veteri, dubitari posset, ni VLPIANVS L. i. ff. de inoff. testam. contrarium adfirmaret: Ait: *Sciendum est, frequentes esse inofficiosi querelas omnibus enim tam parentibus, quam liberis de inofficio licet disputare. Cognati enim proprii, qui sunt ultra FRATREM, melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non haberent.* Ad hanc sententiam extat rescriptum DIOCLETIANI et MAXIMIANI AA. Alexandro datum: *Fratris vel Sororis filii, patrui vel auun-*

auunculi, amitae etiam et materterae testamentum inof-
ficiosum frustra dicunt, cum nemo eorum, qui ex transuer-
sa linea veniunt, exceptis FRATRE et SORORE
ad inofficiosam quaerelam admittatur. caet. Caeterum in
quibus speciebus haec quaerela fratribus data fuerit, non
liquet, donec Species Rescripto determinaret CONSTANTINVS A. Rescripsit enim Verino in L. 27. C.
de inoffic. testam. Fratres vel Sorores eterini ab inofficiosi
actione contra testamentum fratris vel sororis penitus ar-
ceantur: Consanguinei autem durante agnatione vel non
contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficiose
quaestionem mouere possunt, si scripti heredes infamiae
vel turpitudinis, vel leuis notae macula adspergantur,
vel liberti, qui perperam et non bene merentes maximis-
que beneficiis suum Patronum adsecuti, institui sunt: ex-
cepto seruo necessario herede instituto. Tandem exhe-
redationis causas determinauit IVSTINIANVS in
Nouel. XXII. cap. 47. ex quibus adeo turpis persona at-
que infamis heres scribi poterat, ita ut quaerela a fratre vel
sorore institui haud posset.

§. III.

Haec autem quaerela remedium erat, quo frater vel
soror cui nulla turpitudinis, infamiae aut leuis notae
macula obiici posset vel plane praeteritus vel citra iustam
causam exheredatus fratris testamentum in quo turpis
persona instituta, rescindebatur, vt causa ad intestatam
successionem sublato omni testamento veniret. Non
ergo agebat Soror non minus leuis persona, ac ea, quae
a fratre heres scripta. Neque agebat, Soror vel Frater,
si vel testatori Fratri vitaq; insidias, aut criminis accusa-

tionem aut bonis iacturam inferre ausus sit. Alias sane non agnoscit causas lex. Non vrgeo controversiam, an haec quaestio inofficiosi fratri vterino vel sorori vterinae concedi ex Nouellarum iuris rationibus possit. Bene memor multos esse doctos homines, qui negant vterinis quaerelam. Sed ex regula CONSTANTINI in L. 27. C. de inoffic. testam. quae adhuc causam habet in L. 6. §. 1. π. de querel. inoffic. verbis: *qui habent ab intestato successionem*, non iudicarem ob sublatam differentiam cognatorum ab agnatis. Competit enim iure nouo et verinis successio intestata, quae ante ex Lege tanquam cognatis vterinis fratribus dari haud poterat.

§. IV.

Iam ad ipsam speciem. Conuersus ex Iudeis ad Sacra Christianorum condit testamentum moribundus, inque eo testamento personam turpem et infamem heredem scripsit. Post moritur. Habet in viuis adhuc germanum fratrem, qui vero a sua gentis sacris haud transiit, sed Iudaicis ritibus adhuc inhaeret. Erat hic vel praeteritus, vel quod adhuc Iudeus esset, exhereditus, quaerebatur: vtrum iuste exhereditatus videatur vel praeteritus, an vero quaerela inofficii impugnare posset fratri Christiani demortui testamentum.

§. V.

Non est noua illa persequendi ratio omnes, qui in fide et conscientia vel ex conuictione, vel ex praeconceppta opinione, vel etiam ex superstitione abominanda dissentiantur. Verus est *Corn van BYNKERSHOEK* Diatr. de Religion.

gion peregrin. diff. II. qui odium religionis diuersae ex Aegypto deducit, atque adfirmat ex Aegypto Iudeos in Syriam deportasse. Traducis ope, vt alia, ad alias venit gentes, imo ipsam inquinauit Christianam ecclesiam repugnantibus praeceptis Salvatoris sanctissimi, qui amorem proximi et adeo dissentientium suis cominendauit. Non ergo mirum grauissimas persecutiones a Christi adseclis illatas per omnes prope terras esse Iudeis, forsan diuina adeo prouidentia permittente, quod missum Messiam reiecerant. Quam leuissimi homines habiti Iudei in Germania, docet sola appellatio Reichs-Cammerknechte. Non est, vt odium et famae bona defecutum Iudeorum late describam. Satis sit, notasse FRANCKENSTELNII diff. de singularibus quibusdam iuribus circa Iudeos, BECKIVM de Iure Iudeorum. BOEHMER de Caut. Iudeor. tolerant. WAGENSEIL de Iudeis. Quare posset forsan concludi, cum ex moribus et adeo ex Iure Canonico leuissimi et seruiliis notae homines, qui bus omnis honor et fama negatur habendi Iudei, fratre Iudeum in supra dicta specie non posse agere inofficiis testamenti, quippe frater, qui aequa turpitudine et leui macula laborat, agere iure non posset.

§. VI.

Sed haç causa non obstante, contrariam veram dicam sententiam. Sicuti enim absurdum est opinio Iuris Canonici atque ab hierarchia Papali dependens, quam Protestantium senior schola nunquam probare potest, ob Christi contrariam doctrinam; ita promiscue ex eo tantum, quod, quam habet Religionem, veram putat, alios dissentientes errantes existimat, leuem et infamem habere

bere alterum, omni sanae repugnat rationi. Cum enim infamiae et causae et effectus ex ciuilibus veniant institutis, ipsa vero ciuitas nunquam conscientiae humanae imperare potest, quod solus DEVS conscientiae humanae imperet; ita ob solam religionem et in fide dissensum, nisi alia vel turpia iniustaque facta committantur, quae turpitudinem vel infamiam pareant, nemo nec infamis nec leuis habendus. Et cum tolerantia concepha subditos faciat, quorum est, viuere ad praescripta legum, necesse est, ut legum et iurium beneficia subditis communia omnes fruantur, qui sunt subditi: Recte itaque Iudei subditi, qui ad leges viuere tenentur, ex legibus quoque iudicari debent. Quapropter arbitror, cum Iudeus ex sola religione infamis aut turpis vel levis non sit, imo haud raro bonum agat ciuem, si a fratre Christiano facto vel praeteritus, vel exhereditus sit turpi vel praelata leui persona, recte eundem *inofficio*s quaeerela fratri Christiani testamentum rescindere posse. Et placent quae in simili causa de donatione inofficiofa fratri Christiani in turpem personam a Iudeo reuocanda disputauit GEORG. LVDOV. BOEHMER in *Elect.*
Iur. ciuil. Exerc. IX, §. 5.



Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle
004 568 583

3



sb:

f



1777 17

STIO

TROVERSI

N

INOFFICIOSI

MPETAT IVDAEO
ANO VEL PRAETE-
EREDATO TVRPI
PRAELATA

AM

M ORDINIS GRATIA

SIDE

HENR. BREVNING

. IVR. NAT. ET GENT.
TERAR. DVISBURG.
CIO

IO IVRIDICO

ONO CIO CIO CCLXXVII.

ONDET

NDREAS PANZER


IN MONT.

SIAE

WALTHERIA.

B.I.G.

Inches
Centimetres



Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

